




23

QVAEDAM
AD
EVRIPIDIS HIPPOLYTVM
NOTAE

QVIBVS
AD ORATIONES X.
IN SCHOLA TORGAVIENSI
HORA III POMERIDIANA
D. XXXI MARTII ET III APRILIS C^{II}I^{II}CCLXXXXV
BENIVOLE AVDIENDAS
PATRONOS ET FAVTORES
INVITAT
TRAVGOTT FREDERICVS BENEDICT
AA. LL. MAGISTER ET SCHOLAE TORGAV. RECTOR.

TORGAVIAE,
EX OFFICINA KVRZIANA.



v. 429. Μόνον δέ Φασι τέτοιοι αἰγαλεῖδαι Βίοι,
γνώμην δικαίων πάργαθήν, στοιχεῖ.

Inter varias huius loci explicationes Valkenarius in primis laudat illam Grotii: *Unum sed aiunt esse par vitae bonum, cum rectus animus nil sibi consicit mali.* Cui tamen interpretationi nec antecedentia nec sequentia satis conueniunt, in quibus de fama mala siue bona, quae vitam mintis honestam siue honestam sequitur, quaedam traduntur: liberos enim poenitere scelerum, quae parentes sui patraverint et malos inter mortales cum ipso temporis successu, cuius ope omnia patescant, detegi et deprehendi. Videtur igitur illud: *ἀγαλεῖδαι βίοι* potius indicare: *certare cum ipso vitae tempore*, h. e. superare vitæ tempus, durare diutius, quam duratura est hominum vita. Eodem spectat quoque illa scholiaftae interpretatio: *μόνον τέτοιο νικᾶς, Φασι, τὸν βίον, εἰ καλύπτεται ὑπὸ αὐτῶν, ἀλλὰ μετὰ θάνατον λάμπει τὸ τῆς σωφροσύνης.* Sunt plurima veterum loca in eandem sententiam prolata, quorum unum tantum in Orat. Cic. pro Archia Poeta cap. II. laudare sufficiat: *Nunc insidet quaedam in optimo quoque virtus, quae noctes et dies animum gloriae stimulis concitat atque admonet, non cum vitae tempore esse dimittendam commemorationem nominem nostri, sed cum omni posteritate adaequandam etc.*

A 2 v. 444.

v. 444. ἐ τὸν ἄρα γέ τοις ἐρῶσι τῶν πέλμας etc.

Ita hunc versum Codd. antiqui legunt. Sed interpres locum illum non sanum putant. Scaliger coniecit: οὐδὲν ἄρα νῦν δεῖ Heathius: οὐδὲν ἄρα γέ τύχει. Musgrauius: οὐδὲν ἄρα γέ οὐδὲν. Valkenarius: οὐ τὸν ἄρα λύει — quam coniecturam, reliquis certe meliorem, quoque Brünkius recepit. Sed lectio Codicum quoque bene defendi potest. Nam illud: δεῖ etiam cum datiuo interdum conjungitur. Porro significatio illius verbi, ut sit i. q. *debet, utile est*, etiam apud Graecos occurrit, sicut Latinorum: *debet, oportet*, saepe usurpatum. Ira in Medea v. 565 squ.

σοὶ τε γὰρ παιδῶν τί δεῖ;
ἐμοὶ τε λύει, τοῖς μέλλουσιν τέκνοις
τὰ γέννητα δύνασαι —

verbū: δεῖ cum illo: λύει significatu fere eodem adhibetur. Et in Hercule Eur. v. 1301: τί δῆτα με γίνεται; τί κέρδος ἔχομεν — Quare non mirum est, etiam Scholia sten ad nostrum locum illud vocabulum: δεῖ explicasse: τοις & λυτρέλαι, & χρεῖ, & τυμφέρει; quibus quidem Scholia stae verbis Valkenarius imprimit coniecturam suam stabilire voluit.

v. 450. Φοιτᾶ δ' αὐτὸν ἀθέργε· ἔσι δ' ἐν θαλασσοῖς
πλύνδων Κύπερος πάντα δ' ἐν ταύτης ἔφυ.

His verbis idem indicari videtur, quod supra v. 148. de Diana laudabatur: Φοιτᾶ γαὶ καὶ διὸς λύματος χέρσου Σ', nempe totius terrarum orbis imperium. Ita apud Virgilium non uno loco vt: Aen. VI, 761, VII, 557 aetheriae aurae pro ipsis terris, quae aethere cinguntur, est positum. Non igitur h. l. illud: Φοιτᾶ δ' αὐτὸν ἀθέργε, de imperio coeli intelligitur, quia tunc minus apte opponeretur: ἔσι δ' ἐν θαλασσοῖς πλύνθων, et quod statim sequitur: πάντα δ' ἐν ταύτης ἔφυ; quae tantum de terris nostris

5

nostris explicari possunt. Viderur autem poeta h. l. non ipsam continentem terram, sed aërem, qui terram cingit, eius loco laudasse, quia aquae et aëris calidioris ope omnia in his terris nascuntur. De imperio Veneris, quod etiam in Deos exercet, sequentia demum agunt v. 456 sū.

v. 456. sū. *νοσήσθε ἔργωντας λέπτες, μη δοκεῖν σέαν.*

Duplex horum verborum interpretatio adferri posse videtur. Altera explicatione illud: *νοσήστα λέπτες* de ipsis sapientum amoribus intelligitur, quos quidem se non sentire simulant, ideoque continuare solent. Sicut enim, qui morbum suum nouit, ei quoque mederi studet, ita illi, quamvis consciī sint sui amoris, tamen ab eo exercendo non recedunt, h. e. se eum nosse dissimulant. Altera est, ut verba: *νοσήστα λέπτες* de vxoribus alieno amore flagrantibus intelligentur. Ita enim infra v. 842: *κέδουν λέχος* de coniuge Thesei usurpatum. Sed huic interpretationi obesse videtur, quod, si a barbaris Laconum moribus discesseris, rara sunt maritorum exempla apud antiquos, qui cognita vxorum adulteria se nescire simularunt, et multo minus de Theseo, Phaedrae marito, talem animi lenitatem sperare licebat, qui tunc ipsum filium ferre debuisse adulterum. — Sed haec obiciendi respondemus, in ore Nutricis, quovis argumento ad adulterium committendum nunc adhortantis, talia, quamvis essent absurdā, tamen verisimilia videri potuisse. Praeterea etiam sequentia huic posteriori fauent explicationi. Sicut enim in his verbis Theseum Phaedrae maritum non timendum fore affirmat, ita in sequentibus coniicit, Theseum, patrem Hippolyti, non succensurum esse filii flagitio. Verba sunt:

*πόστες δὲ παιοὶ πιτέρας ίμαστηκότι
συγεννομένιν Κύπεων; —*

in quibus illud: ἡμερησίοις, sicut Latinorum: peccare et; errare pro: amare est possum. Vocabulum: συνεκομήσεν Scholiastes explicat: συμβασάζειν, una ferre h. e. adiuuare eorum, tanquam miserorum, amorem; in primis occultando, vt suadent sequentia.

v. 471. ὅπερ σέγνη γάρ, οὐ κατηχεφεῖς δόμοι,
καλῶς ἀνεψώσειν —

Valkenarius sine libris legi iussit: ἦ, quia, vt pluribus exemplis demonstravit, verbum: κατηχεφῆς cum datiuo efferi solet. Quamuis autem Anacreontis fragmentum, a Musgrauio allatum ex Athenaeo, Valkenarius reiecerit, linguae Graecae usus tamen permittere videtur, vt illud vocabulum quoque cum genitiuo coniungatur, qui vel ex praepositione, quacum illud vocabulum est compositum, vel ex alia particula, quae quidem omissa est, pender. Sed audacior videtur eiusdem viri doctissimi conjectura in verbis: καλῶς ἀνεψώσειν, vbi ex antecedentibus suppleri debet: βερτοῦ. Iam Marklandus coniecerat legendum esse: κανόνες ἀνεψώσειν. Quam quidem conjecturam ita mutauit Valkenarius, vt suaderet: κανὼν ἀνεψώσεις ἄν; sicut etiam Brunckius edidit. Sed quantum video, non satis quadrat illa comparatio normae architectorum cum hominibus vitam emendantibus. Ipsa virtus potius, qua vitam homines emendant, cum architectorum norma comparari debuisset.

v. 472. — εἰς δὲ τὴν τύχην
πεσθεῖς, οἵσην τὸν πῶς ἐνεύσται δοκοῖς;

Ipsius Valkenarii testimonio optimi Codd. exhibent: δοκοῖς, quare non iusta causa mutandae lectionis vulgatae subest. Nam ille quidem et post eum Brunckius correxit: δοκοῖ. Haec verba autem Nutrix ad se refert, si olim in talem incidiisset calamitatem.

mitatem. Quodsi de aliis quibuscumque feminis haec essent intelligenda, haud dubie aliquid in verbis Graecis decesset aut tali opus esset emendatione, qualem Heathius contra librorum auctoritatem excogitauit: περὶ στοιχείων, ἡν δὲ. Cum Nutrix iam de aliis mortalium factis quaedam commemorasset, opus erat, ut quoque ad suam agendi rationem, qualis futura fuisset, prouocaret. — In versu sequenti etiam optimi Codd. legunt: εἰ τὰ πλέιστα χειρά τῶν νεανῶν ἔχεις; sicut Musgrauius edidit. Quare nolim cum Valkenario et Brunckio vulgatam: ἔχεις retinere, quamuis sequatur particula: δὲ in verbis: εἴ περίσσεις δὲ. Similis verborum structura iam a Brunckio laudata infra v. 483 occurrit: — οὐδέ οὐδέ τις ἔξεγοις δὲ
εἰ μὴ γυναικεῖς μηχανᾶς ἔνεγκομεν.

Ipsa vero Nutricis sententia, quam in v. 474, 475 stabilire male conatur, non tam verissimam sapientum querelam respicit, nullam dari perfectam virtutem inter mortales, quam vitia vera et malas actiones, quarum nos consciū simus, et quas cum reliqua vitae honestate interdum coniungere liceat.

v. 494. — οὐς τάχος διέσεον
τὸν ἐνθῦν ἔξειπόντας αἱμῷ σοῦ λόγον.

A Valkenario vocabulum: διέσεον, quod Scholiaстae expli-
cant: διεγνωστέον, suspectum habetur, quia non alibi legatur. Brunckius igitur eleganti coniectura correxit: διέγνεον. Quia tamen libri nihil mutant, nisi quod in quibusdam Codd. διέσεον male scribitur, et simplex: λέσσον variis locis occurrit, adhuc defendi poterit lectio vulgata: διέσεον; in qua particula: διει sicut in: διεγνωστέον vocabuli significationem auget, ut indicetur: pluribus modis et sedulo inquirendi sunt, qui sine ambagibus Hippolyto amorem tuum enuntient.

v. 496.

v. 496. εἰ μὲν γὰρ ἦν τοι μὴ πι συμφορᾶς βίος
ταιῆσθε, σώφρων δ' οὐτ' ἐπούχανες γυνὴ —

Dissentient h. l. interpres de significatione vocabuli: σώφρων. Heathius putat oppositionem inter duo membra particulis: μὲν et: δὲ indicari, quare hunc sensum loci totius esse putat: *Nisi tanta calamitate vita tua premeretur, sique tanta ornareris constantia, ut omnibus animi perturbationibus superior euaderes.* Ad haec igitur respondendum videtur, particulas: μὲν et: δὲ non semper membra inuicem opposita, sed saepe etiam arctissime coniuncta indicare, vt particulae Latinorum: *cum, tum, et, et.* Quare etiam Valkenarii conjectura h. l. non est necessaria, vt legatur: σώφρων τ'. Quod autem rariorem vocabuli: σώφρων significationem attiner, quam h. l. Heathius excoquauit, ea non amplius in hac Euripidis Tragoedia occurrit; quare magis vistata significatio: *pudica, temperans, verecunda mulier*, quam etiam antecedentia suadent, est praeferenda. Ita supra v. 434, postquam Phaedra in sua oratione quam plurima temperantiae et pudicitiae documenta ediderat, Chorus exclamabat: τὸ σώφρον ως ἀπανταχχεῖ ναὶ δὲ! et similem cogitandi rationem quoque in sequentibus Phaedra declarauerat. Quodsi autem hanc interpretationem admittimus, ex antecedentibus cum Marklando et Valkenario suppleri deber: εἰ μὴ, et nisi esset tam pudica mulier, quae mori malit, quam Hippolyto amorem suum indicare. Neque video causam, quae Musgrauium impulerit, vt hanc ellipsis, quae et linguae legibus et orationi contextae conuenit, paullo inuenustiore appellaret. Brunkius vero hanc Marklandi interpretationem propterea improbat, quia male concluderet Nutrix, Phaedram pudicitiae causa ad flagitium esse pelliciendam. Sed pace viri summi adiicere licet, in omnibus Nutricis verbis, quae et antecedunt et sequuntur, mala eius consilia patere, quibus dubiam adhuc Phae-

Phaedram ad adulterium committendum allicere voluit, et quibus etiam illius amore Hippolyti captæ pudicitiam ut valde noctam reprehendit; quare Nutrici iam ad scelus illud instiganda videbatur. Brunckius verba: σώφρων δὲ ἔτι εἰπούσας, vertenda putat: si esses mentis ac rationis compos. Quamvis autem in aliis locis haec certa sit vocabuli: σώφρων significatio, tamen propter ea, quae iam attulit, et quia Phaedra in antecedentibus verbis inde a v. 376 squal. nulla amplius mentis male sanæ signa edebat, Marklandi prafero interpretationem. — In sequenti versu Brunckius etiam: προσῆγον pro: προσῆγον ex virorum doctorum coniectura recepit; sed quia libri tamen lectionem vulgaratam: προσῆγον tueruntur, quae cognatae est significationis, nondum reicienda erat lectio Codicum, licet magis consuetum sit de lena vocabulum: προσῆγεν.

v. 510. εἴ τοι δοκεῖ σοι, χρῆν μὲν δὲ ἀμαρτάνειν.

Valkenarius, quia sequitur: χρῆν, legi iubet: τοι δοκεῖ σοι. Quia emendatione non opus est, quia sententia Phaedrae modo prolatâ indicabat, hanc ei adhuc probabilem videri. Verba: χρῆν μὲν δὲ ἀμαρτάνειν minus vere interpretatur Musgravius: Oportet quidem te non a spe potius Hippolyti decidere. Tunc enim simul editum esset: τέτε siue: Ιππολύτε. Melius igitur unus Scholiastrarum haec interpretatur: οὐδεὶς μηδέ δλως αἰλῶνται τῷ ἔρωτι. — Quod in versu sequenti dicitur: δευτέρᾳ γάρ η χαρις, haud dubie respicit confessionem Phaedrae, de suo amore factam; quae prior eius gratiae significatio fuerat.

v. 516. δεῖ δὲ ἐξ ἐπέντες δή τι τῷ ποθητέου
σημεῖον, η λόγον τινί, η πέπλων ἅπο
λαβεῖν, συνάψαστ' ἐν δύον, μίαν χάρην.

Brunckius coniecturam Reiskii: η πλόνον τινί η πέπλων
ἅπο — recepit cum debita viri sagacissimi laude, quae certe
egregia

egregia laus est, a viro laudato profecta. Quamquam autem dubitari nequit, ad stulta sagarum incantamenta etiam hominum amatorum crines adhiberi solitos, aliis tamen artificiis praeterea non paucis vtebantur, quorum multa etiam in ipsis carminibus decantandis erant posita. Ex Theocriti certe Idyllo II apparet, verba quaedam, quibus vis singularis tribuebatur, in eiusmodi carminibus saepe esse repetita, et ex Virgilio, Theocriti imitatore, constat in eius Ecloga VIII, in primis nomina illorum, quos incantabant, iterum iterumque esse expressa. Quam saepe enim in illo carmine Daphnidis nomen legitur! Quodsi igitur eiusdem artificii etiam in nostro Euripidis loco meminerimus, et illud: λόγον τινά, de ipso Hippolyti nomine, quod vere erat σημεῖον τι τῷ ποθεμένῳ, interpretetur, nihil absurdum in lectione vulgata deprehendo; nisi quod ipsa ars sagarum erat absurda et ridicula. Quod autem verba: συνάρπαι τ' εἰς δύον μίαν χάρην attinet, non recte videtur Musgrauius, forte Scholiorum nugis deceptus, sub vocabulo: χάρης ipsum philtrum intelligere ex diuersis rebus compositum. Malim haec verba de coniungendo duorum, Phaedrae nimirum et Hippolyti, amore interpretari. Eodem spectant unius Scholiaстae verba: διὰ γαρ Φυσιολογιῶν τινῶν ἀμφω τὰς Φύσεις εἰς ἡγαντάς ξένωται.

v. 528. "Ερως, "Ερως, ὁ καὶ ὁμοίωτων,

Brunckius hunc versum habet dimetrum iambicum, quare etiam contra Codd. lectionem: ὁ pro: ὁ retinuit. Quia vero tunc antistrophicus v. 538 ei minus responderet, ibi pro: ἄλλως, ἄλλως, corrigi iubet: μάτην, μάτην. Ut vero illa superfedeamus plurium verborum emendatione, uterque versus habendus est antispasticus pentemimeris. In strophico autem Diiambus cum Ditrochaeo et syllaba restante, et in antistrophico Molossus cum Choriambō et syllaba restante ponitur.

v. 551.

v. 551. ἄνυμφον, ὅποιον

ζεύξας' ἀπειρετίκην δέσμαδα,
τὰν νάϊδ ὅπως τε βάνχαν.

Plurimi interpretes haec verba esse corrupta, affirmarunt. In vno Cod. legebatur: ὅποιον, quam lectionem Valkenarius praetulit et cum: ἄνυμφον coniunxit. Facile autem appareat, frigere sensum huius dictioris: ἄνυμφον ὅποιον. Porro probauit ingeniosam Musgrauii conjecturam: τιν' αἴδης ὥστε βάνχαν, sed simul suspectam habuit lectionem prioris versus: ἀπειρετίκην, siue ἀπειρετίαν; quae certe h. l. est inepta. Huius igitur vocabuli causa Musgrauius aliam emendationem protulit: οἵποιον ζεύξας' ἀπειρετία συνδέομάδι ἄταν. Brunckius vero, vi illud vocabulum tollerat, emendauit: οἵποιον ζεύξας' ἄποιον, τρομερὰν δέσμαδα, simul admissa in sequenti versu priore Musgrauii emendatione. — Satis constat, Herculem, capta et vastata Oechialiae regione et Euryto rege imperfecto, Iolen eius filiam duxisse vxorem; id quod in sequentibus poetae verbis indicatur: οἵποιον ἀμετή, οἵποιον καταντῷ, Φούλοις θ' ὑμερίοις. Putem igitur, conjecturam a me excoigitatam nonnullis probabilem fore, qua legitur: οἵποιον ζεύξας' αἰπ' ἐγενήτου δέσμαδα, eam matrimonio iungens, cum celeriter a domus patriae ruderibus aufugeret. Ita in Bacchis v. 7: δέσμας ἐρέπια τυφόμενα occurruunt, et in Supplic. v. 1000 legitur: δέσμας εἰς ἔμον οἵποιον. In versu autem sequenti priorem Musgrauii conjecturam, Valkenario et Brunckio consentientibus, admitto, hoc tantum discrimine, ut legere malim: τιν' αἴδης γ' ὥστε βάνχαν, quia haec forma in Choricis ab Euripide magis frequentatur. Cui emendationi fere conueniunt excerpta Codicis Florentini, quae exhibent: αἴδης.

v. 557. ὡς τλάμον ὑμενάων.

Heathius metri causa correxit: ὡς τλάμον, eamque emendationem Brunckius quoque recepit. Quam tamen sine librorum auctoritate non necessariam puto, quia vocabulum cum litera asperata incipiens sequitur. Haec verba autem vulgo ad Iolen referuntur, cum potius Herculem spectare videantur, de qua tota strophe egit. Nam satis constat, has nuptias tam infasto omni celebretas Herculis perniciem maturasse. In Antistrophe contra de muliere quadam agitur, quae amore suo infelix perit. Vtrumque autem exemplum a Choro allatum auditores ad grauissima mala praeparare debuit, quae mox ex Phaedrae amore sint oritura.

v. 565. Φοινὶς κατέκιμεσε.

Brunckius metri causa correxit: κατέκιμεσε. Quam emendationem statim admirerem, si libri addicerent. Quia vero illi lectionem vulgatam tuentur et praeterea, si haec emendatio admittitur, in versu strophicō: 555 corrigi debet: ὑμενάων, malim hunc versum potius adnotare quam emendare. Ita etiam supra v. 233 lectionē Codicum pro anapaesto positus erat amphibrachys, qui totidem tempora habet.

v. 587. λαχάν μὲν πλύνω,
σαφῆς δὲ εἰς ἔχω
γεγονέν τόπα.

Brunckius barbarum vocat, quod h. l. libri vulgati exhibeant, ideoque emendat: σαφῆς δὲ εἰς ἔχω γεγονέν τόπα. Sed optarem, ut vir dōctissimus argumenta luculentius enumerasset, quibus adductus lectionem vulgatam improbauerit. Valkenarius iam coniecerat: γεγονέν τόπα atque primam dubitandi caufam

causam de vera huius loci lectione unus Scholiastrarum praebuerat, qui legebat; ὅπερ idque pro: ὅποια positum putabat. Sed lectionem huius loci vulgatam, librorum fere omnium auctoritate confirmatam, alias Scholiastrarum ita optime explicauit: ἀντὰ δὲ τὰ λεγόμενα οὐκ ἔχω ταφέσ εἰπεῖν. Nam verbum: γεγονέν propriè indicat, ita clamare, vt alter audire possit h. e. distincte eloqui, quod etiam h. l. adiecta particula: ταφέσ satis indicat.

v. 605. Ὡς γάια μῆτερ, οὐλε τ' αιωνύμου.

Male Scholiaastes putat, terram et solem ab Hippolyto testes citari, quia Philosophiae addictus fuerit; illam enim docere omnium rerum originem terrae et soli debitam. Satis autem constat, terram et solem non solum in foederibus pangendis, vt Iliad, v. 104 testes inuocari solitos, sed etiam alio tempore, si quid admiratione dignum accideret; vt in Medea v. 1251. Quibus verbis haud dubie rem omnium cognitione et admiratione dignam indicare voluerunt; quia omnes res, quaecunque sub sensu cadunt, in terra continentur, solis radiis collustratae. Comparari potest illa vernaculae linguae exclamatione: *Cœlum et terram testes inuoco.*

v. 661. Εἴ μη γὰρ ὄξοις θεῶν ἀφεαντος ἐνέθην.

Piersoni conieeturam, vt pro: ἐνέθην legatur: ἡγέθην, plurimi interpres admiserunt. Sed significatio vocabuli: ἐνέθην deprehensus sum, fere eodem reddit. Quare etiam ex Scholiastræ nota: ἀντὶ τοῦ: ἐλήφθην nihil ad conieeturam Piersoni stabilendam potest depromi; cum imprimis etiam Valkenarius exempla ex Attico scriptore quaerat, quibus vocabulum: ἡγέθην, eodem modo sit positum. Sensus huius loci est: nisi iure iurando depo-

sitō incautus effem deprehensus, h. e. nisi antea iusiurandum, quod meam fidem obstringit, deposuisse.

v. 673. Χοε: τάλαινες, ὡς πανοτυχεῖς
γυναικῶν πότμοι, τίνα νῦν
τέχναν ἔχομεν, ή λόγις
σφαλέσσαι, κάθαρμα λύσει λόγις;
Φαιδ: ἐπύχομεν δίνας —

In edd. vulgatis verba priora a Choro prolata dicuntur et in verbis: *ἐπύχομεν δίνας* demum incipit oratio Phaedrae. Sed in multis Codd. a Brunckio et Valkenario collatis etiam verba priora Phaedrae non Choro tribuuntur; quod equidem verissimum puto. Nam sicut in v. 677: *ἐπύχομεν δίνας* de se numero plurali vfa est, ita etiam in antecedentibus verba: *τίνα νῦν τέχναν ἔχομεν*, de Phaedra deque eius inopia consilii intelligenda sunt. Si porro vulgatam distinguendi rationem sequimur, obscura manent verba: *κάθαρμα λύσει λόγις*; in quibus Musgravius sine iusta necessitate pro: *λύσει* legi iubet: *λύσαι* aut: *λύει*; Brunckius autem vocabulum: *λόγις* suspectum habet. Iam si haec verba Phaedrae tribuimus, quae cum sequentibus coniunguntur, signo interrogandi post: *λύσει* posito, vocabulum: *λόγις* ad sequentia: *ἐπύχομεν δίνας* ita apte trahi potest, vt sensus existat: *dicitorum nostrorum poenas dedimus*. Quam interpretationem quoque varia lectio quorundam Codd. *λόγων*, quae forte vera est, confirmat. Intelligit autem Phaedra illum sermonem, quo Nutrici amorem suum detexit, et quo male abusa erat Nutrix ad maturandam Phaedrae perniciem. Quare etiam in sequentibus Phaedra v. 691, 692 pergit: *Ἐν ἄποι — σηρῆν, ἐφ δισι νῦν ἐγὼ πακίνομαι*; Mihi quidem amplius inquirenti causam, quare in edd. vulgatis oratio Phaedrae demum ab his verbis:

ἐπύχομεν

55

εἰνύχομεν δίκαιος incipiat, Scholion alieno loco positum occasionem huic errori praebuisse videtur. Nam verba Graeca Scholio-
rum: μετόγετας πάλιν ἡ σκηνὴ ἐπὶ θάτερον μέρος usque ad verba:
ὅπερ εἴωθασι πολλάκις ποιεῖν οἱ ἀξέποντες θεῖναι — male col-
locata sunt ad verba Euripidis: εἰνύχομεν δίκαιος, et aptius legun-
tur sub ipsum huius Antistrophes initium ad verba Euripidis;
τείλαντες, ὡς πανοτυχεῖς γυναικῶν πότμοι. Quam autem Scholiaстes
in his verbis: τὴν τᾶς χορεῦ συμπάθειαν appellat, intelligo de ver-
bis v. 686, 687, quae Reiskius male ad Nutricem refert.

v. 697. ἐρεῖ δὲ Πιτθεῖ τῷ γέρεοντι συμφοράς.

Hunc versum Brunckius tanquam spurium omisit, quia duo antiqui Codd. eum non afferunt et quod frigide iniecta sit Pitthei mentio et vox: συμφοράς hic valde impropria occurrat. Quod autem vocabulum: συμφοράς attinet, h. l. ex ore Phaedrae prolatum nihil inepti habere videtur, quia haec certe illum erga Hippolytum amorem sibi maxime calamitosum esse arbitrabatur. Quo nomine eriam infra v. 775 idem Phaedrae amor compellatur. Porro iniecta Pitthei mentio etiam bene quadra-
re videtur, si sequentia comparamus: πλάστει δὲ πάσσων γείσαν
ἀρχέσων λόγων. Nam tunc partitio his verbis inest apertissima:
Non solum Theseo hanc rem aperiet, sed etiam *Pitheo*, illi moro-
so et garrulo seni; quid? quod omnibus hominibus inuidiosum
meum amorem calumniando enuntriabit. Causa denique huius
versus in quibusdam Codd. omissi facile appareat. Quia duo
versus eodem vocabulo: ἐρεῖ incipiebant, librariorum incuria,
vt saepe fieri solet, posterior ille est neglectus. Quare hunc
versum nondum cum Brunckio eiiciendum censeo,

v. 716.



v. 716. τοτὸν δὲ ἐμοὶ παράχετ' ἔξαιτημένη,
στρῆ καλύπτειν —

Ita quidem edidit Brunckius. Vulgo in edd. atque etiam in quibusdam Codd. legebatur: στρῆ καλύψαθ. Alii vero antiqui Codd. legunt: καλύψειν, quos sequor. Nam haec lectio: καλύψειν in vtraque prius allata latere videtur. Porro etiam in responsione Chori, quae statim sequitur, legimus: ὅμωντι — δέξειν. Simile Fururum supra adseruat in v. 676: τίνα νῦν τέχναν ἔχομεν — καθαρία μά λύτειν.

v. 720. — ἐν δὲ προστρέπετος ἐγώ
ἔνημα δῆτα τῆσδε συμφορᾶς ἔχω,
ὅτε ἐνκλεῖ μὲν παισὶ προσθένται βίον

Codd. optimi et plurimi legunt: προστρέπετος ἐγώ, quam lectioem quoque Scholia fest respexit. Nam interpretatur: ξυτόσα καὶ ἐκενώσα — πόλλα δοκιμάζεται — εἰς πόλλα μεταφέρεται μετὰ τὴν γνώμην. Itaque videtur huic vocabulo eundem significatum tribuisse, quem habet: προσέχειν, si: τὸν γάντιον intelligis, siue Latinorum: aduertere. Praefero tamen magis consuetam huius vocabuli notionem: obsecrans, ut illud facias, quam etiam Valkenarius adhibuit. Nam Phaedra in antecedenti v. 716 dixerat: ἐμοὶ — ἔξαιτημένη. Etiam Brunckius receperit lectioem: προστρέπετος. Verba: ἐνκλεῖ παισὶ προσθένται βίον, de vita Phaedrae gloriose interpretor, quam ornamenti loco liberis suis relictura sit, ut quoque in posterum de ea gloriarri possint. Eadem sententiam quoque supra v. 423 -- 428 Phaedra tractauerat: posteriorum animum siue augeri siue minui parentum vel bene vel malefactis.

v. 729.

v. 729. Χορ: ἐνΦημος ιδι. Φαιδ: καὶ σύ γ' ἐν μι
νθέτεται.

Marklandus quidem legere voluit: *νεθέτεις*, sed haud dubie vi maiore h. l. ponitur: *νεθέτει*, et quamvis propterea nolim hanc lectionem preferre, quia modo praecesserat imperatiuus: *ἔνθημος ισθι*, magis tamen prohibentis Phaedrae affectus exprimitur, si contraria iubere videtur. Idem iam censuit Scholiaates in verbis: *ἀπειλητικώτερον εἴηται ὁ ἀγρός, ὃς εἰ ἐλεγεῖ ποὺ καὶ σὺ ξῆλα τὴν τροφὴν τῆς παρανέστεως*. Bene igitur Scholiaates interpretatione particula: *καὶ ante: σὺ infelix illud Nutricia consilium respicit de continuato et patefacto eius amore.* Illud: *Ἐν νεθέτει autem, ex ore mulieris desperantis prolatum,* significatione contraria indicat; *noli mibi tam male, quam illa Nutrix, consulere.*

v. 757, 758. ἦν ὁλβιόδωρος ἀνηγει ζεδέα
χθῶν ἐνδαιμονίαν θεῖσι.

Ita Valkenarius hunc locum edidit Codd. auctoritate.
Quia vero unus Codex legebat: *καὶ βιόδωρος*, Valkenarius con-
iecit: *νῦν ἡ βιόδωρος* et quamvis ipse hanc reiiceret coniecturam,
Brunckius tamen eam recepit. Certe h. l. aptius est illud:
ὁλβιόδωρος, quia Euripides de illa Hesperidum terra tanquam de
fede Deorum loquitur, quibus, cum sint immortales, terra non
vitam sed felicitatem tribuit. Porro praecesserat illa voluptatis
descriptio, quam Dii ex fonte Nectaris percipiunt, cui verba
nostri loci proxime sunt adiuncta. Si denique lectionem vulga-
tam: *ὁλβιόδωρος* retinemus, etiam illa emendatione non opus
erit, quam Brunckius in sequentibus suasit. Nam cum intelli-
geret, admissa lectione: *ἀ βιόδωρος* non aptum esse illud: *Ἑστίς*,
pro eo maluit legere: *Ἑστροῖς*. Ceterum librariorum vocabulum:

$\beta\circ\sigma$, ut satis notum, et verba inde orta saepe alieno loco intrusse videntur. Talem puto locum esse in Euripidis Hecuba v. 1270, ubi vulgo legitur:

Θανάτα δ' ή ζῶσ' ἐνθάδ' ἐπιλήνω βίον;

Cuius loci obscuritatem Musgrauius eo amouere studuit, ut pro: $\beta\circ\sigma$ emendaret: πότμον; sed metrum huic emendationi aduersatur. Brunckius pro: $\beta\circ\sigma$ correxit. μόρον; quae emendatio etiam a lectione recepta nimis recedit. Scholia festo vero, qui indicat, vitam, qua Hecuba formam canis prae se ferat, intelligendam esse, aliam emendandi rationem monstrat. Nam videtur deesse vocabulum: νύων. Malim igitur illo loco legere:

Θανάτα δ' ή ζῶσ' ἐνθάδ' ἐκπνεύσω κύων;

ut sensus existat: *Vtrum mortua ero canis, an viua adhuc ut canis hic moriar?*

v. 793. ὀρθώσας ἐκτίνοντες ἄθλιον γένυν.

Brunckius ex drame Christi Patientis, ubi etiam duo priora huius loci verba afferuntur, emendauit: ἐκτίνατες. Sed quia Mætorum auctoritas deest, nondum admittenda videtur haec lectio. Verba eius dramatis sunt: ὀρθώσας ἐκτίνατες ὅλον δέξην.

v. 819. ἔπαθες· εἰργάστω
τοσπότον, ὡσε τέσδε συγχέει δόμες
(αἴ, αἴ τόλμας, ὃ βιοίνος Θανάτος
μνοσίων τε συμφορᾶς) σᾶς χερός
πάλαισμα μελέας.

Hanc

Hanc distinguendi rationem iam Stiblinus in ed. Bassleensis afferit atque eandem quoque Brunckius cum Valkenario retinuit. Sed primo mihi non placet colon vocabulo: ἐπαθες adiectum, ut ita nude, sine reliquorum verborum coniunctione, ponatur. Malim igitur cum Barnesio: ἐπαθες solum commate distinctum ad illud: τοστον simul cum: εἰργάσω referre, ut ita: ἐπαθες miserum illum Phaedrae amorem erga Hippolytum, quae prima fuit reliquarum turbarum causa, respiciat, et: εἰργάσω ipsius mortem voluntariam, quae grauissimo luctu tam Thesei domum impleuit. Scholiaestes ad illud: ἐπαθες supplet: τὸ τῆς ἀγχόης κανόν. Sed Chorus, qui quidem, Theseo praesente, huius mali causam se ignorare simulabat, haud dubie illud: ἐπαθες sensu latiore de tristitia, quae Phaedrae mentem antea perturbauerat, et de amore infelici, hanc tristitiam dignente, intellexit. Deinde malim cum Aldina, Heruagiana et Barnesiana post: δόμες punto distinguere, neque haec verba cum sequentibus: σᾶς χερός πάλαισμα coniungere, quia in tali oratione affectus plenissima tam artificiosa verborum coniunctio, post longam parenthesin interiectam, non facile locum habet. Melius igitur, reiecta illa parenthesi, quam Scholiaestes iam suaserat, verba: σᾶς χερός πάλαισμα epiphonematis loco adiecta esse videntur; quare etiam post: συμφορέῃ colon est pondendum. Verterem: *Eft infelicitis tuae manus lucta!* Eodem modo in sqq. v. 828 verba: κηλίς ἀφεασος ἐξ ἀλασόων τινῶν exclamatio dolentis inseruntur: *O macula improuisa, a malo quodam Deo mibi inusta!*

v. 824. τίς ἄρεα σῶν τάλαιναν ἀμαυροῖ ζωδίν;

Brunckius Codicum auctoritate recte emendauit: τίς ἄρεα, quis tandem? quis quaeſo? quam lectionem quoque Scholiaestes tuerit. Minus apta est Musgrauii coniectura, vt legatur:

C 2

ἄτις

άτις ἀρα — vbi ἄτις positum sit pro: α. Nam melius quadrat interrogatio in illa oratione affectus plena. Neque Chorus, ut Musgrauius opinatur, his verbis causam, quam optime sciebat, inquirit. Nam bene Scholiaſtes ad verba: τίς ἀρα monuit: λέππει τὸ δαιμόνων. Quia in grauibus calamitatibus ſemper illae gentes Deum quendam mali auctorem habebant. Quae explicatio etiam cum ſequentibus Thēſei verbis conuenit v. 828: μῆλος ἀρέας εἰς σιλεσόν τινὲς.

v. 829. κατακονά μὲν ἐν ἀβίωτος βίοι.

Ita optime hunc versum edidit Brunckius, cum antea in plurimis edd. legeretur: κατακονά — βίοι. Qua posteriore quidem lectione vox: ἀβίωτος non male adiungeretur illi: βίοι, quod vitam non vitalem indicaret. Sed melius explicauit Scholiaſtes illud: ἀβίωτος vocabulo: ἀβίωτοποιός, et tunc cum lectione: κατακονά est iungendum, quam Scholiaſtes et Hesychius explicant: καταφθορά, διαφθορά, et Codd. plurimorum auctoritatem est legendum: βίοι. Haec leſtio a Brunckio recepta mihi etiam propterea magis placet, quia apte cum antecedentibus per exclamationem prolatis: οὐ τίχα, οὐ μοι βαρεῖα — μῆλος ἀρέας — etiam illa: κατακονά μὲν ἐν ἀβίωτος coniunguntur. Quare emendatio viri cuiusdam docti: μέ νυν pro illis: μὲν ἐν excogitata ſatis quidem indicat, ſi lectionem olim vulgatam: κατακονά — βίοι retineamus, deſſe videri pronomen: με; ſed ipsa tamen Codd. leſtio: μὲν ἐν, cerre, profecto, vim longe maiorem adiungit poetae verbis: o fortuna misera! — quam certe meam mibi maculam inuris! — quam certe meam mibi abſumis vitam!

Haec

Haec quidem tertia sit notarum ad Euripidis Hippolytum particula, eo edita consilio, ut occasionem praebeat indicendis quibusdam orationibus, more consueto propter huius temporis sollemitatem in Lyceo Torgauensi habendis. Prodibunt enim bonaे spei iuuenes et

d. XXXI. Martii verba facient:

- I) IOANNES FREDERICVS BENIAMIN WALTER, *Torgauens.* vernacula lingua; *De laudabili virtutis studiorum aemulatione.*
- II) FREDERICVS GVLIELMVS HEMPEL, *Lipsiens.* latino carmine; *De honesto gloriae studio.*
- III) CAROLVS AVGUSTVS RESCH, *Illeburgens.* vernacula lingua: *De hominis fortuna ipsius opera simul stabilienda.*
- III) IOANNES GODOFREDVS ERHARD, *Borna-Saxo,* latine: *De innato optimi cuiusque perficiendi studio.*
- V) CHRISTIANVS AVGUSTVS NEIDER, *Strehla-Misnicus,* vernacula lingua; *De grauissimo patriae incommoda auertendi officio.*

d. III. Aprilis:

- I) IOANNES FREDERICVS AVGUSTVS MULLER, *Torgauens.* vernacula lingua; *De terrore, vitiorum comite.*

C 3

II) CA-

- II) CAROLVS LVDVICVS GODOFREDVS M VILLER,
Torgauiens. latino carmine: *De maiorum rebus gestis, ad posterorum imitationem sedulo cognoscendis.*
- III) HENRICVS AVGVSTVS IAHN, Fribergens. vernacula lingua: *De incertā meritorum ex paeclare factorum effectibus aestimandorum ratione.*
- III) BENIAMIN GOTTHELF FRANKE, Beltitienſ. latino carmine: *De animo fortī, quem paeclare factorum nūnquam poeniteat.*
- V) CHRISTIANVS HOFMANN, Zekkeritienſ. vernacula lingua: *De virtutis in iuuentute cultae paestantia.* Hic vero simul Commilitonum suorum nomine, sicut ille, qui priori die verba facturus est, iuuenes in Academiam discipulos valere iubebit.

Nulla re igitur magis opus habemus in illis Scholae Torgauiensis exercitationibus, quam illorum fauore atque beniuolentia, quibus curae cordique est res scholastica. Rebus humanis quidem eruptus est anno superiori vñus paestantissimum Scholae nostrae Fautorum IOANNES GODOFREDVS CHRISTIANI, Mercator in ciuitate Torgauensi eximius atque honestissimus. Qui propinquus illius familiae, a qua quidem ex multis inde annis non pauca et in iuuentutem scholasticam et in ipsos Scholae paeceptores beneficia redundarunt, eo monumentum nominis sui, quamvis eius gloriam minime expeteret, immortale reliquit, vt Scholae paeceptoribus annuos reditus ex quibusdam agri Kneesenensis, quae possidebat, iugeribus testamento legaret. Quamdiu igitur ciuitas Torgauensis florebit, quod vt quam diutissime ipsi contingat, optimus, tam diu etiam grata viri huius benigni et coelestibus iam praemiis

praemiis ornati memoria et a posteris et in primis a Scholae
Torgauiensis praeceptoribus celebrabitur.

Sed inter viuos adhuc versantur, de quo impense laeta-
mur, quam plurimi Scholae nostrae Fautores, quorum prae-
sidio et beniuolentia florere illa pergit. Horum igitur prae-
sentiam nobis honorificam omni, qua par est, obseruantia ex-
perimus ad illas iuuenium orationes beniuole audiendas et in-
primis Vos appello, ANTISTE^S SACRORVM SVMME VE-
NERABILIS, SENATVS CIVITATIS AMPLISSIME, MINI-
STRI SACRORVM PLVRIMVM REVERENDI et MAGI-
STRI LYCEI TORGAVIENSIS CLARISSIMI. Quibus qui-
dem precibus nostris si adnuetis, quidquid vtile atque laude
non indignum in Schola Torgauensi in posterum perficietur,
id VOBIS simul acceptum referemus.

Scripsi Torgauiae, d. V Martii, A. c^lo^lb CCLXXXXV.

AB.153.118

ULB Halle
004 076 125

3



TA-02

KONTAKT

R



EVRIPIDI

AD O

IN S

D. XXXI MARTII E

BEN

PATRON

TRAVGOTT

AA. LL. MAGIST

EX OFF

23

TVM

XXXV

ICT

R.

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



Farbkarte #13